

1514 Musicó Ti. Caesaris Augusti | Scurranó disp. ad fiscum Gallicum | provinciae Lugdunensis, | ex vicarís eius¹, qui cum eo Romae cum | decessit fuerunt², benemerito: |

Venustus ³ negot. ⁴ ,	Agathopus medic.,	. Facilis pediseq.,
Decimianus ³ sump. ⁴ ,	Epaphra ab argent.,	Anthus ab arg.,
Dicaeus a manu,	Primio ab veste,	Hedylus cubicu.,
Mutatus ³ a manu,	Communis a cubic.,	Firmus cocus.
Creticus a manu,	Pothus pediseq.,	Secunda.
	Tiasus cocus,	

Romae rep. in eodem columbario in quo N. 4588, est in museo Lateranensi (VI 5197 vidit Henzen). — 1) Nota ingentem numerum vicariorum Musici qui ei, cum ipse servos habere non posset, servorum loco fuerunt. Conferendi sunt tituli dispensatoribus a vicariis positi infra N. 1659. 4662. De divitiis et fastu unius ex his dispensatoribus provincialibus cf. quae narravit Plinius h. n. 55, 145. — 2) Videtur colligi posse dispensatorem fisci Gallici plerumque constituisse in provincia. — 3) Mira Venusti Decimiani Mutati nomina in servis. — 4) Negotiatores et sumptuarios inter servos magnarum domuum habes praeterea C. VI 9653. 4469. 4470. 7281.

1515 d. m. | Glyceri adiut. tab.¹ | fisci Asiatici, | Glycerus pater | filio dulcissimo fec.

Romae (VI 8574 descripsit Bormann). — 1) Adiutoris tabulariorum.

1516 d. m. | Piero | Caesaris vern. | a commentariis | fisci Asiatici, | vixit ann. XXIIII | mes. II diebus XVIII, | parentes filio | desiderantissimo. *Romae (VI 8572 vidit Henzen).*

1517 Hermae | Aug. lib.¹, | á cubiculo | Domitiae Aug., | Fortunatus f., | proc. fisc. Asiatic. | patri piissimo et | indulgentissimo.

Romae (VI 8570 descripsit Detleffsen). — 1) Idem Hermes memoratur infra N. 4834.

1518 Ulpiae Euhodiae | coniugi optimae | T. Flavius Aug. lib. | Delphicus | tabularius a ratio[n., | p]roc. ration. thesaurorum, | hereditatum, | fisci Alexandrini.¹

Prope Romam ad Nomentum rep. (Eph. ep. 7, 4265 vidit Gatti). — 1) De fisco Alexandrino cf. Mommsen ap. Hirschfeld Verw. I p. 44 not. 2; Ruggiero Bull. dell' Ist. di diritto rom. I p. 261 seq. (Mommseno videtur Delphicus curavisse rationes thesauros hereditates fisci Alexandrini).

1519 T. Fláviō Aug. lib. | Euschemoní | qui fuit ab epistulis | item procurator | ad capitulária | Iudeorum¹, | fecit | Flavia Aphrodísia | patrono et coniugi | bene merenti.

Romae (VI 8604 viderunt Mommsen aliique). — 1) Intellegitur tributum Iudeorum a Vespasiano impositum (Ioseph. bell. 7, 6, 6; Suet. Dom. 42; Dio 66, 7), et sub Domitiano (cuius temporibus hic Euschemon videtur vixisse) acerbissime exactum (Suet. l. c.) Ad idem tributum a Nerva relevatum spectant nummi inscripti: fisci Iudaici calumnia sublata. Cf. Marquardt Staatsverw. II² p. 202.